

NABAL.

RODOLPHI GVAL

THERI TIGVRINI COM OEDIA
 sacra, quę inscribitur Nabal, desumpta
 ex I. Samuelis XXV. cap, nunc
 primum conscripta
 & ædita.



I E S V S.

Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi.

Ioan. 1.

R. GVALTHERI

tam priuatim quam publicis, euadendi via cōmodior & com
pendiosa magis non est, quam ut p̄c̄nitentia scelerum moti
singuli suis, ut decet, fungantur officijs: cum primis etiam in
hoc incumbendum esse p̄uo omnibus ecclesiarum & Chri-
stii ministris, ut singulorum hominum, cuiuscunq; loci & or-
dinis, officia priuatim & publice pro uirili informent. Nec
sufficere puto, ut in loco religioni & diuinis cultibus sacro
illud fiat, nisi eadem doctrina & foro, & curia, & compi-
tis, & theatris etiam inferatur: ut ibi quoq; uel iniuiti sapere
discant homines, unde peccatorum & scelerum occasionses
desumi confueuerunt. Et quia inter sumnam nouissimi hu-
ius s̄eculi corruptelam, multorum ea est improbitas, ut uer
bi Dei doctrinam, cum nuda simplexq; proponitur, audire
prositus dēdignentur, necessarium puto, ut fideles medicos
imitemur, qui pharmaca acerbiora melle condire, uel labra
summa pyxidum eodem inungere solent, ut ægrotos, qui mo-
rosi nimium amara & acerba fastidiunt, hoc pio & salubri
dolo fallant. Nec id primi nos facimus, cum multorum ex-
empla extant, inter ueteres quoq;, qui res sacras carminum
lepore & uenustate splendidius exornatas delicatulis illis
auribus proposuerunt: Quorum tanta est authoritas, ut hac
sola fretus, cum Poeta dicere possem:

Rumores rabularum & inuidorum

Omnes, unius æstimemus assis.

VT tamen de nostro hoc labore dicam aliquid apud te
Floriane, cui si quando opus foret, ob singularem eruditio-
nem summae humanitati coniunctam, studiorum meorum o-
mnium rationem reddere nequaquam uererer: uix aliud ar-
gumentum nostro s̄eculo commodius mihi uisum est, quam
quod hic tractandum sumpsi: cuius non indigēs contempla-
tio, hisce tam calamitosis temporibus omnes ferè omnia
ordinum

E P I S T O L A .

3

ordinum homines instituere posuit. Habemus enim in hoc
Dauidem, qui cum Iesu Christi, Regis & saluatoris nostri
typus sit, non immerito omnium quoq; Christi membrorum
typus & exemplar censeri potest. Proponitur is nobis exul
& extorris, diraç; Saulis tyrannide non aliam ob causam
premitur, quam quod regnum ipsi promisit Dominus. Exu-
lant cum eodem et omne genus laborum sustinent, quotquot
regis diuinitus constituti partes potius sequi, quam imma-
nem Saulis tyrannidem iudicis experiri malunt. At quantu
odie, proh dolor, illorum numerum uidemus, qui no aliam
ob causam bonis & fortunis omnibus exiuntur, patriis pela-
luntur sedibus, à coniugum & liberorum complexu auulsi,
incerti hinc inde uagantur, omnium expositi ludibrijs: quam
quod Christo, Regi regum & domino dominantium, quem
ecclesiis pater unxit, & saluatorem doctoremq; catholicum
constituit, nomen dederunt, & huic potius quam impuro Fa-
cierum regi (qui in templo Dei sedens aduersus Deum & un-
etum ipsius effertur) adhærendum esse existimant. Docet
hos Dauidis exemplum, quales se se gerant tot undique septie
hostibus. Consolatur eosdem diuinitus sumpta de Nabale
paena, cuius insolentiam tam subito Deus coercuit, qui cum
fidelis sit, suos ultra quam ferre possint, tetari non patitur.
Terret quoq; tyrannos omnes & fidelium Christi membrorum
oppressores, horrendus ille & insperatus Nabalis exitus:
quem scripturæ omnes uno ore ijs minitantur, qui Creatoris
& saluatoris sui immemores, terrorem suum (ut prophetæ
uerbis utar) dederunt in terra uiuentium, Dauidi indiuul-
sus comes & ceu fidus aliquis Achates inducitur sacerdos
Abiaihar, diuinis ipsum consolans promissionibus. Hunc
imitari discent ecclesiarum ministri, ut undiq; licet feruent
bus persecutionum procellis, nec à Christo (qui uerus ille

R. GVALTHERI

Daud est) se se auelli patiantur, nec suæ fidei creditas eæ
cæsias uerbi Dei consolatione, quantu in ipsis est, deſtituat.
Ut interim de priuatis hominibus omittā diceret, qui singuli
quod hinc documenti hauriāt, habere poſſunt. Diſcent enim
Nabalis exemplo patres familiās, quam parū tam proprie
ipsorū quām familiæ totius incolumenti cōferant opū con
gefī acerui, niſi his rerū administrandarū peritū, animūq
religionis studio & humanitatis aliarūq uirtutū officijs ina
ſtructū coniunxerint. Diſcent singuli, quæ & quanta ſint ex
brietatis & crapulæ incōmoda, eoq & quorib⁹ animis tem
perantia legibus ſeſe gubernari patēt. At qui quā hæc do
ctrina noſtro ſæculo neceſſaria ſit, uel ſola Chriſti admoni
tio teſtari poſt, qui nouiſimorū temporū hominibus gra
uiſimū ex crapulæ et gula studio periculū miniatur. Diſ
cent per Abigaélē admonitæ matronæ, quib⁹ rationibus ma
ritos ſuos, iniquos etiam & plane incōmodos, tractare debe
ant, ut cōnodiорibus uii poſſint. Habebūt deniq (abſit uer
bo inuidia) quod ad ſuī iſtitutionē transferat, ſeruuli, rufi
ci, milites, conuiuæ, ciues, peregrini, ſenes, iuuenes, omnes de
nig, cuiuscūq ſint loci, & tatis, ſexus aut ordinis. Num ergo
præter officiū uideri poſſum feciſſe, quod iſta hoc tempore
tractanda ſumpserim? quando omnes penè hominū ordines
docendo in uiam redigi, & in officio retineri maxime neceſ
ſarium eſt: qua in re quantu Comicarū actionū aculei uale
ant, nemo uere ſapientum ignorare poſt. Quare cauſam
hanc meā coram cordato & a quo iudice facillime me obi
nere poſſe ſpero, nec operæ preciū me faciūrū exiſtimo, ſi plu
rib⁹ hac de re diſſeram.

Quod uero hoſce meos labores tuo potiſſimū nomini nū
cupandoſ eſſe arbitratus ſum, Floriane ampliſſime idemq
solenaſſime in Chriſto frater, multæ raſiones effecerunt,
quas

EPISTOLA.

4

quas omnes hoc loco cōmemorare superuacaneū esse duco,
ut qui animū meum satis, ut spero, perspectū habeas. Certe,
ui huic meo labore rudi, & nimia præcoci fortasse, patrono
opus esse duxi, quē te & fidū & strenuū fore cōfido: Ita me
eis in te amor tuiq; nominis authoritas mouerunt, ut neminē
alium huic negotio & idoneū et dignum magis esse putare.
Nam si ea est amicitiae Lex, ut minime latere pos sit, sed o=
mnibus innotescere cupiat, nequaquam (meo quidē iudicio)
admittendum fuit, ut nostrorum animorum consensio, que
multis nominibus arclissima esse debet, ignota esset: quin a=
liquod eius apud posteros quoq; argumentū, mei q; apud te
animi non ingrati testimonium extare cupiebam. Nec id ti=bi ingratū fore spero, cum eum te agnouerim hæc tenus, quā
minima quoq; amici synceri officia candide interpretari et
& qui boniq; consulere soleas. Accipies ergo benignus hunc
meā Musæ fœtum, qui si minus comptus uidebitur, eum &
in Heluetijs natum & ex temporum iniuitate aliquid a spe
ritatis contraxisse putabis. Vale feliciter in domino. Ti= guri Calend. Octobris. Anno à Christo saluatore nato
1549. Quando ante annos 2647. Dauid, vir iuxta
cor Dei, impio Saule sublato, primum regnare cœvit. Faxis
Deus celestis pater, ut sicut olim Dauid à stolidi Nabalis
intemperie & insolenti Saulis tyrannide liberatus, regnum
sibi promissum adeptus est: Ita nos quoq; Iesum Christum,
dilectum Dei filium, in quo patri complacuit, cui debentur
termini orbis terrarum, deuictis & sublati omnibus ecclesiæ
hostibus, suo spiritu & uerbo libere tutoq; in suoru men= tibus regnare uideamus. Idem te suæ ecclesiæ, tuaq; impræ
mis Poloniæ diu seruet incolunem. Amen.

a

4

P R O L O G V S.

NE sit cui uestrum nouum, quod primus in
Scenam senex huc prodeo,
Sacro magis quam scenico tectus habitu,
Cum causa mihi sit maxima.
Nam quos frequenti in hac corona cernitis,
Rem proferent grauiissimam.
Quam nos piam sanctamq; dicere non pudet.
Huius uolunt interpretem
Habere me: quare uiri clarissimi,
Si multa sepe ludicra
Spectare dignati estis, hanc e fontibus
Ductam sacris Comœdiam,
Aequis animis spectare etiam dignemini,
Quæ nil, quod obfit, continent.
Non heic erit pernities adolescentium,
Leno rapax & improbus.
Non scorti auari & impudentis audiet
Quisquam improba lenocinia.
Non disbet heic imponere patri filius,
Virum nec uxor fallere.
Nec quisquam erit, cuius queat proteruitas
Mores bonos offendre.
Quin si quis hic minus bonus producitur,
Docebit alios rectius
Vivere,

PROLOGVS.

Vivere suis dum digna sentit moribus
Sibi obuenire præmia.
Sic Nabal hic diues potensq; plurimum,
Docebit omnes diuites,
Quam uana sit posseſſio pecunie,
Prudentiam ni adiuixeris.
Idem ebrietatis queſtient incommoda,
Suo probabit exitu.
Illiſ at coniux Abigail foeminas
Omnem ſuo exemplo instruit,
Docetq; ſedulo (dociles licet hactenus
Inuenexit paucißimas.)
At qui ſua res admīnistrant publicas
Cura, fide & prudentia,
Hos David hic, Rex omnium piissimus,
Docet quid agere debeat.
Huic proximus qui ſtat, ſacerdos Abiathar.
Exemplar eſt antifitum:
Quorum ſacra eſt uerbi docere oracula
Multosq; Christo adducere.
Hic militaris ruficæq; cernitur
Vitæ typus clarissimus.
Sed quid opus eſt, ut ſingula nunc recenſane,
Quæ poſt patebunt plenius?
Addam tamen hoc, quod eloqui uerißime

PERIOCHA.

COnuiuium Nabal parat tonsoribus.
Ab hoc petit missis Dauides nuntijs,
Se commeatu ut adiuuet: sed reiicit
Hos Nabal & dira ingerit conuictia.

At hoc bibente cum suis, commotior
Dauides armatas cohortes expedit,
Nabalis ut succindat omnem funditus
Domum: huius at uxor ubi Dauidis comperit
Conatum, mox parat cibaria, ut obuiam
Procedat, & precibus furentem mitiget.

Domum reuersa uiro recenset singula:
Qui infelix diris sternitur terroribus,
Paucisq; diebus post uita defungitur.

Dauid relictau coniugem iungit sibi,
Connubioq; inito parantur nuptiae.

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

*Abigael cum conimeatu Dauidi obuiam progressa suppli-
cat. Dauid precibus huius motus à cruento incæpto desistit.
sicq; turba, quæ ingēs malū datura uidebatur, restinguitur.*

ABIGAEL, SPVDAEVS, PHILOPO-
NVS, DAVID, IOAB, ABISAVS,
OCYMACHVS.

ABIG. Præcedite uos lento gradu, quo subsequi
Poſſim facilius: ceterum ubi ad montis pedem
Ventum fuerit, cum sarcinis ſubfiftite.
Tu uero Spudæe, ut nihil omittatur hic
Per negligentiam, uide. S P. Dictum putat
Factumq; quod mea arte poſſit effici.
Nam ſi meam unquam industriam tibi conuadare
Experta es, heic uigilantiorem ſenties
Muſto. P H. Faciam ipſe quoq; ne abs te culparier
Poſſim, Deumq; noſtro huic conatui
Non defuturum ſpero. A B I G. In hoc certe mihi
Spes omnis eſt ſita: ſolus enim eſt, mortalium
Qui corda manu ſua regit, ſolus nouas
Potest uoluntates creare, prout uelit.
IDE Mq; ſibi fidentes nunquam deſerit.
Sed hei miseram me, quis strepitus iſte eſt: quis hic
Fragor? nimirum hostes huic irati mouent.

A C T U S I I I .

D A. Sunt salua nobis castra uiri, nec arbitror
Aliquid mali inde exoriturum: uos modo kiros
Præbete uos, cautiq; nunc producite
Agmen: Deus sic coepit nostra dirigat.
A B I G. Hei arma Spudæ heic hostilia conspicor.
Tota tremo: num quæ foemina infeliciar
Est me: quid agam: uel quod dicendi exordium
Sumam: metus uocemq; linguanq; occupat.
O Nabal, in quæ nos pericula coniçiss?
D A. Quid istud agminis est Ioab, quod obuians
Procedit huc nobis? armati, an sarcinis
Veniunt onusli? I O. Nescio hercle: sed nisi
Fallunt me oculi, cibaria ferunt: miror hoc
Quid sibi uelit. A B I S. Nabalis isti seruuli
Videntur esse, quem fortasse pœnitet
Sue tenacitatis et auaritiae,
Sed quid uideo? profecto mulier agminis
Istius est dux. O C. Hos ne uenire ad nos uides
David: quin ergo hos cōtra ruimus? D A. Hem, mane:
Nam primum inermem turbam cädere non placet.
P R I O R est petendus, huius, qui mali est caput.
Nec hos temere huc uenire credo, maxime
Cum mulier hæc, quantum uideo, forma et habitu
Honesta sit: magnum profecto quid ferunt.
Sistamus hic paulo gradum, ut quid sibi uelint

Intelligas

Intelligamus. A B I G. Hei mihi, nimirum hic est
David, reliquos qui armis & toto corpore
Excellit; heu quos uultus, & quæ lumina
Video: minas cædesq; spirant: sed tamen
A V D E N D V M aliquid est pro salute publica.
Adibo. D A. Tu que es? & unde uenis? huic insolens
Quæue muliebres animos mouet audacia,
Armato ut auis mihi meisq; occurseres?
A B I G. Res magna, mi domine, grauiſq; me impulit.
Nam quo tuam nostramq; salutem uindicem,
Supplex uenio, & mihi imputare te uelim
Omnem hanc iniquitatem, qua peccauit is
Te uir meus: quare precor ut ancillam
Tuam tibi loquentem benignus audias.

Peccauit in te Nabal, idq; grauiſime.
Dignusq; mihi etiam uidetur, qui malum
Ferat: sed indignus tu, qui illud inferas.
Nam si muscarum examen haud captat aquila,
Nec pulicis morsum ferarum rex Leo
Curat: quid ab hoc te accepta mouet iniurias?
Nam quantus est, Nabal uere est, & nomini
Respondet, in se nihil habens uel consili
Vel auxiliij, totusq; carne ducitur.
Quod si tui me conuenissent nuntij,
Nunquam haec patrata in te fuisset iniurias.

A C T V S I I I .

Sed bene Deus consuluit adhuc, qui sanguinem
Ne funderes prohibuit, ex tibi obuiam
Me fecit: huius itaq; gratia mihi
Quicquid mali hoc est condona, sintq; similes
Nabalis omnes, qui malum tibi struunt.

Tu potius hoc, quod offero, munusculum;
Benignus accipe, ut tuis sit seruolis,
Quo nunc famis necessitatem mitigent.

Sic firma sit semperq; salua tibi domus,
Tuisq; lata cedant cuncta posteris.
Sic tu malis exemptus omnia sentias
Fœlicia, quod breui futurum firmiter
Spero; Deus siquidem populi regem sui
Constituit olim, ex illius tu prælia
Geris. Licet ergo te contra quam plurime
Insurgere ausint, ex peremptum postulent,
Nihil tamen proficient: nam tuebitur
Te dominus, ex animam tuam custodiet.
Hostesq; tuos funda rotatos plumbei
Globi instar abijciet procul. Tunc regio
Insignis honore digna laudis præmia
Feres: nec hoc postremum erit quo gaudreas,
Quod sanguine innocentie non foedaueris
Manus: sed et nec mens sibi male conscientia
Terrebit: Horum memor animum iratum preme.

Et

Et si quando horum te meminisse iuuerit,
Tuae simul memineris, oro, ancillulae.

D A. O faustam felicemq; diem, quæ te obuiam
Mihi dedit. Quid uero primum prædicem;
Te ne, & tuos mores, tuaq; gratiam
Linguæ: cui lubens fateor debere me,
Quod innocentis non reus sum sanguinis.
An potius illum, qui te talem condidit?
Nam testor hunc, mihiq; credas uelim;
Nisi tua nos præuenisset solertia,
Extremus hic uobis illuxisset dies.

Sed accipimus, quæ huc attulisti munera,
Tu lata domum, qua uenisti, reuertere,
Et res uiri (qui indignus est te coniuge)
Tuasq; pergito curare fideliter.

A B I G. Bene tu quidem mi domine: quare gratians
Me plurimam debere tibi fateor lubens.
Faxit Deus aliquando, qui regit omnia,
Ut sit mihi de te bene merendi occasio,
Idemq; te suo fauore protegat.

Adeste seruuli, domum nos ocyus
Hinc conferamus, ne quid illic accidat
Incommodi: tu illos Spudæe ducito.
D A. Heus Ozymache, tu funditores illico
Reducito huc: tu uero loab exercitum

ACTVS III.

Cum comeatu in castra deductum cibo
Refice, tum que curanda sunt, cura probe.
IO. Eo; sequimini uos: Abisaē, tu ultimos,
Ut ordinem seruent, cohibe. Vah SOLERTIA
QVID non muliebris efficit? quanquam mihi
Non displicet tantæ mulier industria.
Nam mihi quoq; facilius fuerit, famelicos
In castra reducere ad cibos, quam ad prælium.
Tu quid Abisaē sentis? A. B. Probè pronuntias.
Nabal reuera hic est, nimisq; plumbeus.
Quare sinamus hunc, dummodo cibaria
Inscius, et inuitus etiam, transmiserit.

ACTVS III. SCENA III.

ARGUMENTVM.

Abigaël Nabali, sobrio iam, quantū sibi suisq; omnibus
malī sua improbitate asciuerit, narrat. Habetur in his pīas
& prudentis matronæ typus. E contra Nabal sui ingenij
flupiditatem magis magisq; probat.

NABAL, ABIGAEL.

NA. At at nimis me heri bibisse sentio,
Vicitq; uinum quod bibi: Vah nauæ
Stomachi quid hæc portendit? quid guttur sit?
Arcens, manusq; tremula? quid pedes loco
Qui stare nesciunt? Itane nondum mihi
Edormisse hesternam uideor crapulam?

Beatus

SCENA III.

48

Ut conueniam causa est mihi maxima. S P. Nescio
 Tutum ne sit ad illam uos intromittere.
A B. Nihil periculi esse, pollicerier
 Sancte tibi possum. S P. Vin ergo credam tibi
A B. Volo. S P. Vide ne me fecelleris. Heus puer
 Duc hos ad heram intro. Quo magis magisq; rem
 Hanc cogito, eò miror magis quid nam siet.
 Quod nisi fides Davidis atq; integritas
 Perspecta mihi iam olim esset, magni quidpiam
 Malii ueerer: sed Deum supplex precor
 Ut istud omne auortat. Quod si denuo
 Ut commeatum postulcent, adjungi: graue est
 Et sumptuosum nimis, alere hos diutius.
 Ut de periculo interim dicam nihil,
 Cum patrie hostes esse proclamauerit
 Saulus. Quid autem facias? quando si neges
 De sorte tota te periclitarier
 Oporteat. Sed quid ego tecum hec dispuo?
 Quin intus abeo, ut quid uelint intelligam.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGUMENTVM.

Iocosum inferitur duarum ancillularum colloquium:
 quarum altera lasciuor nec satis pudica, altera curiosula
 & loquacula fingitur. De heræ autem connubio nouo ser-
 mones seruulis improbitatis & amarulæ plenos conferunt.

ACTVS V.

PORNION, EVLALIA ancillæ.

PO.Durare certe heic nemo posset amplius
Si sic fiat : adeoq; scire uelim, mihi
Quot sint domini. Certe infelicius puto
Nihil, quam seruam saeculo isto nascier,
Vbi quod facias rectum nihil siet. Interim hoc
Mihi maxime dolet, quod è nostro ordine
Prodire conspicor indies, qui nos magis
Exerceant uexentq; : qualem nos modo
Spudæum habemus, qui quia heræ p̄æ cæteris
Potest adulari, solus regit omnia,
Molestiorq; est multo, quam si seruulus
Ipse haud unquam fuisse: ita demum suo
Fungi putans se esse officio fideliter,
Laboribus si nos tantum non enecet.
At quis repente sic foras huc profilit?
Nimirum aliquis est, qui mihi negotium
Heic quoq; facessat. Eulalia est, à qua mali
Nihil timendum. E V. Proh deum atq; hominum fidē.
Vnde hæc leuitas innata nostro sexui,
Ut nil mulieres non sibi persuaderier
Sinant? Sed ubi inueniam, cui hæc communicem?
Quando reticere non queo. P O. Quid istud est
Mali Eulalia? quid clamitas? E V. Hem Pornion,
Nemo est hominum, mihi quem magis obuium uelim
Nunc.

Nunc. P O. Quid noui est? E V. Quid sit noui rogas?
Mirabere:nec quenq; puto, qui si audiat (Scio
Primum, facile sit creditur us. Nam mihi
Vix ipsa credo, quæ meis hisce auribus
Rem comperi. P O. Quid hoc siet dic obsecro.
E V. Venisse ne huc Davidis scis tu nuntios?
P O. Venisse scio quosdam, sed unde uenerint
Ignoro:nam dum qui sient rogo, improbus
Spudæus interuenit & eiecit foras.
E V. At à Davide hos aduenire sat scio.
P O. Credo, sed hic quid afferant edicito.
E V. Mane, audies. Vbi in gynecæum hos ducier
Vidi, illico noui aliquid suspicata sum
Monstri subesse; ideoq; suspenso gradu
Placide ad fores me contuli, illicq; astiti,
Animamq; comprimens, tacita auscultare quid
Intus agerent coepi: nec mora longa, facinus
Cum incredibile audiui & stupendū. P O. Quod mea
Eulalia? E V. Quod arbitrare? P O. Nescio. E V. Sed
Mirificissimum. Hera molitur nuptias. (et
P O. Quid aiss? E V. Petebant ut Davidi nuberet.
Tunc illa primo tergiuersari quidem
(Ut quæ ioci lususq; putaret gratia
Hec dici) at ubi rem seriam esse comperit,
Mox uicta (quantum ante ostium audire licuit)

A C T V S V.

Consensit. P O. Ut illam cum suo connubio
Magnus male perduit Deus. E V. Modestius
Quæso; nec enim heram nil meritam de te mali
Sic execrariet decet. P O. Au tace mea
Tu; Imo quouis uidetur in fortunio
Mihi digna: quæ si quam grege è nostro uidet
Cum seruulo uel colloqui uel ludere,
Nil non inique suspicionis concipit.
At ipsa prioris ad huc uiri uestigia
Tantumnon lecto impressa cernens, nuptias
Virumq; nouum sibi quærit. E V. At cur uitio ei
Vortis, quod ipsa, si qua posses commode,
Faceres? P O. Minus culparem, si nostris quoq;
Infirmitatibus aliquando ignosceret.
E V. Sic comparatum est, ut quantū omnes possumus
Nostris soleamus indulgere affectibus.
Sed tu caue, ne hæc temere cuiquam effutias.
P O. Ridicula, quæ me alijs referre prohibeas,
Quæ tu reticere non potueris. E V. Bene quidem
Dicis; sed ex me te hoc didicisse, neminem
Scire uolo. Quem uero intus strepitum ego audio?
Fortassis hic prodire tentant: ocyus
Ergo in coquinam consero me: tu si sapis
Sequere. P O. Et uolens quidē: nec enim uolo me hera
Aut quisquam alias moram heic traxisse uiderit.

A C T V S